10831

vsambers

Nulla enim reme
dia que vulneribus
adhibentur [illegible]
[illegible] odorem
quam que sunt
salutaria
salutaria cum
D

C. Cum ex
[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Ego vero inquit
dia mea meditu
pecto.

Monsieur et [illegible] apres m'estre recommandé a vostre
bonne grace [illegible] vous advertir [illegible]
presente pour vous prier [illegible]
[illegible]

Nico

Decart
Picart H

Gerard

Marc Imbert

Omnia meum [illegible]

[illegible]
Lefebvre [illegible]
[illegible]

Parquoy [illegible]
[illegible] comme [illegible] dernier [illegible]
recommandé a vous [illegible] supplication
quil vous plaist avoir [illegible] Decart
regard a [illegible] [illegible]
[illegible]

[illegible] vous assurant que
[illegible] recommande [illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible]

~~Monsieur et frere La confidence que je [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible]~~

Mon

Monsieur et frere par vostre [illegible] j'ay apprins ~~[illegible]~~ vostre
volonte envers moy [illegible] [illegible] que par rien du
monde ne ne vouldrois [illegible] aise [illegible] arriver
et au [illegible] a [illegible] [illegible]. Recours a vous
[illegible] que [illegible] [illegible] [illegible] de [illegible]
[illegible] rapport de [illegible] [illegible] [illegible] et
frere que ~~[illegible] [illegible] a Boullongne~~ ~~[illegible]~~
~~a [illegible]~~ a Boullongne [illegible] de [illegible] [illegible]

Monsieur et frere [illegible] [illegible]

le [illegible] [illegible] [illegible] et messager ~~[illegible]~~ pour
vint de [illegible] ~~[illegible]~~ et [illegible] qu'il m'estoit
[illegible] ~~avant~~ faite ung ~~message~~ [illegible]
[illegible] a [illegible] ~~[illegible]~~ estant [illegible] [illegible]

Monsieur et

que [illegible] [illegible] passe [illegible] et que [illegible]
de [illegible] [illegible] [illegible] argent a [illegible]

Monsieur

me fist dire qu'il avoyt ~~[illegible]~~ [illegible]
dung gentilhomme pour me [illegible] a

Mays la somme ~~de~~ que [illegible] [illegible] c'est [illegible]
a ce gentilhomme [illegible] qu'il ~~[illegible] [illegible]~~ promis [illegible]
[illegible] [illegible] ~~[illegible] [illegible] [illegible]~~ [illegible] [illegible]
qui me ~~[illegible]~~ [illegible] [illegible]

[illegible] [illegible] avoyt [illegible] le gentilhomme

Mon

en [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible] de
[illegible] [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] argent

Monsi

~~[illegible]~~ [illegible] avoys le [illegible] de [illegible]
[illegible] de [illegible] avoys [illegible] [illegible]

Monsieur

~~[illegible]~~ pour [illegible] [illegible] qui
[illegible] [illegible] [illegible] ~~[illegible]~~ a [illegible]

je fis demander ung [illegible] [illegible] a vous
procès et luy fis obligation de vingt et ung escu
tant pour les despens du procès que pour aultres
choses qui me demandoit. Dont je me suis estimée
aulcunement ~~[illegible]~~ redevable par ainsi a ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ il quan ~~[illegible]~~ touchant les sentences
~~[illegible]~~ que je craignoys estre par la ville voyant
tout ce que me disoit ~~[illegible]~~ partant Monsieur
et [illegible] il vous plaira me ayder en ceste endroit
et me mander vostre bon advis et conseil lequel
je suyvray toute ma vie vous priant de rechef avoir
supplication quil vous plaist avoir esgard ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ doleances
ausquelles ma maintenant je suis Redevable vous asseurant
qui si moy Recevoys [illegible] lieu en vostre endroict ~~[illegible]~~ Seigr
en vous de tout quitter car vous estes bon devoir
[illegible] aupres de moy appuy me recommandant sur ce
~~[illegible]~~ fort humblement et de bon cueur a vostre bonne grace
et a celle de madamoyselle ma seur Priant le createur
vous donner en sante heureuse et longue vie de ses graces

M

M

Monsieur et oncle ayant sceu que
de vostre grace il vous plaist faire
avoir maintenant vostre Lhootenuch
je vous ay bien voulu supplier d'ung
cheval vous priant en cy prester ung pour
aller par dela vous voir ce faisant vous
recommandes a vostre bonne grace et de
Madamoyselle ma tante priant Dieu
vous donner en sante tres bonne et
et longue vie de Paris ce
[illegible] 1533 13

Res Mn 180831 110

P. Ouidij Naſonis

EPISTOLA QVARTA.

ARGVMENTVM.

Theſeus AEgæi filius, interempto Minotaúro, Ariadnen Minois & Paſiphaës filiam, quàm ob opem ſibi præſtitam vxorem accepturum promiſerat, ſimul cum Phędra eius ſorore naui impoſita, ſecum adduxit. Verum Bacchi admonitione in Naxo, ſiue, vt alii volunt, in Chio inſula Ariadne relicta, Phædram duxit: quæ deinde abſente Theſeo in Hippolyti priuigni, quem ex Hippolyte Amaxone acceperat, amorẽ exarſit. Qui cum cœlibem ducens vitam ſeſe venando exerceret, nec poſſet vti illius colloquio hac epiſtola amorem ſuum indicauit. In qua illum callidis ſuaſionibus ad ſui amorem flectere conatur. Et cum turpe ſit priuignum à nouerca de ſtupro interpellari, principium ex inſinuatione ſumpſit, in hunc modum.

PHAEDRA. HIPPOLYTO.

QVA, niſi tu dederis, caritura eſt ipſa ſalutem,
Mittit Amazonio Creſſa puella viro.
Perlege quodcunque eſt, quid epiſtola lecta nocebit?
Te quoque in hac aliquid, quod iuuet, eſſe poteſt.
His arcana notis terra, pelagóque feruntur,
Inſpicit acceptas hoſtis ab hoſte notas.
Ter tecum conata loqui, ter inutilis hæſit
Lingua: ter in primo deſtitit ore ſonus.
Qua licet, & ſequitur pudor eſt miſcendus amori:
Dicere quæ puduit, ſcribere iuſsit amor.
Quicquid amor iuſsit, non eſt contemnere tutum,
Regnat, & in ſuperos ius habet ille deos.

BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

Ille mihi primo dubitanti ſcribere, dixit,
Scribe, dabit victas ferreus ille manus.
Adſit, & vt noſtras auido fouet igne medullas,
Figat ſic animos in mea vota tuos.
Non ego nequitia ſocialia fœdera rumpam,
Fama (velim quæras) crimine noſtra vacat.
Venit amor grauius, quo ſerius, vrimur intus,
Vrimur, & cæcum pectora vulnus habent.
Scilicet, vt teneros lædunt iuga prima iuuencos,
Frænáque vix patitur de grege captus equus.
Sic male, víxque ſubit primos rude pectus amores,
Sarcináque hæc animo non ſedet apta meo.
Ars fit, vbi à teneris crimen condiſcitur annis:
Quæ venit exacto tempore, peius amat.
Tu noua ſeruatæ carpes libamina famæ,
Et pariter noſtrum fiet vterque nocens.
Eſt aliquid plenis pomaria carpere ramis,
Et tenui primam deligere vngue roſam.
Sic tamen ille prior (quo me ſine crimine geſsi)
Candor ab inſolita labe notandus erat,
At bene ſucceſsit, digno quòd adurimur igne,
Peius adulterio turpis adulter obeſt.
Si mihi concedat Iuno fratrémque, virúmque,
Hippolytum videor præpoſitura Ioui.

Iam quoque (vix credes) ignotas mittor in artes,
Eſt mihi per ſæuas impetus ire feras.
Iam mihi prima dea eſt, arcu præſignis adunco,
Delia, iudicium ſubſequar ipſa tuum.
In nemus ire libet, preßíſque in retia ceruis
Hortari celeres per iuga ſumma canes.
Aut tremulum excuſſo iaculum vibrare lacerto,
Aut in graminea ponere corpus humo.
Sæpe iuuat verſare leues in puluere currus,
Torquentem frænis ora fugacis equi.
Nunc feror, vt Bacchi furiis Eleides actæ,
Quæq; ſub Idæo tympana colle mouent.
Aut quas ſemideæ Dryades, Faunique bicornes
Numine contactas attonuere ſuo.
Nanque mihi referunt (cum ſe furor ille remiſit)
Omnia, me tacitam conſcius vrit amor.
Forſitan hunc fato generis reddamus amorem,
Et Venus ex tota gente tributa petit.
Iuppiter Europam (prima eſt ea gentis origo)
Dilexit: tauro dißimulante deum.
Paſiphaë mater decepto ſubdita tauro,
Enixa eſt vtero crimen, onúſque ſuum.
Perfidus AEgides ducentia fila ſecutus,
Curua meæ fugit tecta ſororis ope.

En ego nunc, ne forte parum Minoïa credar,
  In ſocias leges vltima gentis eo.
Hoc quoque fatale eſt: placuit domus vna duabus:
  Me tua forma capit, capta parente ſoror.
Theſides, Theſeúſque duas rapuere ſorores,
  Ponite de noſtra bina trophæa domo.
Tempore quo nobis inita eſt Cerealis Eleuſis,
  Gnoſia me vellem detinuiſſet humus.
Tunc mihi præcipuè (necnon tamen ante placebas)
  Acer in extremis oſſibus hæſit amor.
Candida veſtis erat, præcincti flore capilli,
  Flaua verecundus tinxerat ora rubor.
Quémque vocant aliæ vultum rigidúmque, trucémque,
  Pro rigido (Phædra iudice) fortis erit.
Sin procul à nobis iuuenes vt fœmina compti,
  Fine coli modico forma virilis amat.
Te tuus iſte rigor, poſitíque ſine arte capilli,
  Et leuis egregio puluis in ore decet.
Siue ferocis equi luctantia colla recuruas,
  Exiguo flexos miror in orbe pedes.
Seu lentum valido torques haſtile lacerto,
  Ora ferox in ſe verſa lacertus habet.
Siue tenes lato venabula cornea ferro,
  Denique noſtra iuuat lumina quicquid agis.

Tu modo duriciem ſyluis depone iugoſis,
Non ſum materia digna perire tua.
Quid iuuat incinctæ ſtudia exercere Dianæ
Et Veneri numeros eripuiſſe ſuos?
Quòd caret alterna requie durabile non eſt:
Hæc reparat vires,feſſáque membra leuat.
Arcus & arma tuæ tibi ſint imitanda Dianæ,
Si nunquam ceſſes tendere, mollis erit.
Clarus erat Cephalus ſyluis,multæq; per herbas
Conciderant illo percutiente feræ.
Nec tamen Auroræ malè ſe præbebat amandum,
Ibat ad hunc ſapiens à ſene diua viro.
Sæpe ſub illicibus Venerem,Cinaraque creatum,
Suſtinuit poſitos quælibet herba duos.
Arſit,& OEnides in Mænalia Athalanta,
Illa feræ ſpolium pignus amoris habet.
Nos quoque iam primum turba numeremur in iſta,
Si Venerem tollas,ruſtica ſylua tua eſt.
Ipſa comes veniam,nec me ſalebroſa mouebunt
Saxa,nec obliquo dente timendus aper.
AEquora bina ſuis oppugnant fluctibus Iſthmon,
Et tenuis tellus audit vtrunque mare.
Hic tecum Trœzena colam Pitheïa regna,
Iam nunc & patria charior illa mea eſt.

Tempore abeſt, aberítque diu Neptunius heros,
Illum Pyrythoi detinet ora ſui.
Præpoſuit Theſeus (niſi nos manifeſta negamus)
Pirythoum Phædræ, Pirythoúmque tibi.
Nec ſola hæc ad nos iniuria venit ab illo,
In magnis læſi rebus vterque ſumus.
Oſſa mei fratris claua perfracta trinodi
Sparſit humi: ſoror eſt præda relicta feris.
Prima ſecurigeras inter virtute puellas
Te peperit, nati digna fauore parens.
Si quæras vbi ſit, Theſeus latus enſe peregit,
Nec mater tanto pignore tuta fuit,
At nec nupta quidem, tedáque accepta iugali,
Cur? niſi ne caperes regna paterna nothus?
Addidit, & fratres ex me tibi, quos tamen omneis
Non ego tollendi cauſſa, ſed ille fuit.
O vtinam nocitura tibi pulcherrimè rerum,
In medio nixu viſcera rupta forent.
I nunc, & meriti lectum reuerere parentis,
Quem fugit, & factis abdicat ille ſuis.
Nec quia priuigno videar coitura nouerca,
Terruerint animos nomina vana tuos.
Iſta vetus pietas, æuo moritura futuro,
Ruſtica Saturno regna tenente fuit.

Saturnus periit: perierunt & ſua iura:
Sub Ioue nunc mundus: iuſſa ſequare Iouis.
Iuppiter eſſe pium ſtatuit quodcunque iuuaret,
Et fas omne facit fratre marita ſoror.
Illa coit firma generis iunctura catena,
Impoſuit nodos cui Venus ipſa ſuos.
Nec labor eſt celare (licet) pete munus ab illa,
Cognato poterit nomine culpa tegi.
Viderit amplexus aliquis. laudabimur ambo:
Dicar priuigno fida nouerca meo.
Non tibi per tenebras duri reſeranda mariti
Ianua, nec cuſtos decipiendus erit.
Vt tenuit domus vna duos, domus vna tenebit,
Oſcula aperta dabas, oſcula aperta dabis.
Tutus eris mecum, laudémque merebere culpa,
Tu licet in lecto conſpiciare meo.
Tolle moras tantum, properatáque fœdera iunge,
Qui mihi nunc ſæuit, ſic tibi parcat amor.
Non ego dedignor ſupplex, humiliſque precari,
Heu, vbi nunc faſtus, altáque verba iacent?
Et pugnare diu, nec me ſummittere culpæ,
Certa fui, certi ſi quid haberet amor.
Victa precor, genibúſque tuis regalia tendo
Brachia: quid deceat non videt vllus amans.

Depuduit, profugúſque pudor ſua ſigna reliquit,
Da veniam faſſæ, duráque corda doma.
Quòd mihi ſit genitor, qui poßidet æquora Minos,
Quòd veniant proaui fulmina torta manu.
Quòd ſit auus radiis frontem vallatus acutis,
Purpureo tepidum qui mouet axe diem.
Nobilitas ſub amore iacet, miſerere priorum,
Et mihi ſi non vis parcere, parce meis.
Eſt mihi dotalis tellus Iouis inſula Cretæ,
Seruiat Hippolyto regia tota meo.
Flecte feros animos, potuit corrumpere taurum
Mater, eris tauro ſæuior ipſe truci?
Per Venerem parcas oro, quæ plurima mecum eſt,
Sic nunquam, quæ te ſpernere poßit, ames.
Sit tibi ſecretis agilis dea ſaltibus adſit.
Syluáque perdendas præbeat alta feras.
Sic faueant Satyri, montanáque numina Panes,
Et cadat aduerſa cuſpide foſſus aper.
Sic tibi dent nymphæ, quanuis odiſſe puellas,
Diceris, arentem quæ leuet vnda ſitim.
Addimus his precibus lachrymas quoque, verba precantis
Perlegis, & lachrymas finge videre meas.

FINIS.

BIBLIOTHEQUE TOULOUSE UNIVERSITAIRE

...ney selon
...ellen
...ent
...t sehan
...lez mo
...ller
...lement
...ron et
...heal
...ut de la
...e lui
...dites
...ist deux
...u ces
...cordre
...ynne
...icre
...ome passe
...n deux
...nateller
... pour
...elle
...n
...y
...n
...ment
...selon
...pare



In hoc paschali
gaudio
ab omnis
mortis
impetu
[illegible]ntes
deus [illegible]
de[illegible] [illegible]tis